ocesim exercet an confessus tali sit absolutus? de
hoc dic q̄ si bona fide huic confessus & absolutus
electus est q̄ ad deum fm gl. d. cle. q̄ incipit. si nō
electus. Et idem no. berñ. in sili de elec. dudū. cle.
ii. in. gl. sup verbo decepte. vbi dī q̄ absolutus a
plato putatio: ſi talis pccet non ſuū ſubditum
absoluēdo: tñ confitē ſibi ex bona fide quā h̄z ab
ſolutionē mereſ ad hoc. xv. q. vlti. c. ſi. de pe. di. i.
c. magna. Si tñ p̄fitens ſciret q̄ ille nō poterat eū
absoluere quē adiſt dī iter confiteri. Ita t̄z Joh.
an. in. d. c. dudum. per hunc ter. hic in p̄n. Idem t̄z
glo. in c. placuit. de pe. d. vi. Quintum est ſim mu-
nerum ſubditoz ipſoz fratrū moderatio. Debz
enī numerus fratrum ad h̄mōi officium assumen-
dorū multiplicar & moderari v̄l'minui ſim nūe
rum ſubditoz c̄pi ſeu loci vbi deputant. Er quo
iftetur q̄ qñ ad audiendū confessiones ſufficiunt
p̄ſititer: curati & eoz ſocii. non poſſunt dicti fra-
tres audire confessionem vigore p̄uilegiis. di. cle.
Id hoc eſt glo. ibidem que incipit videtur. & glo.
ſed non recipit. Idem tenent in eadē cle. Huius &
pau. qui dicunt q̄ eēps p̄t reſcere eos fratres qui
ultra modum vel numerum ſolitum preſentant.
maxime cū nō excreſcit populi multitudi. Idē t̄z
cancellari⁹ parificiis loco vbi ſupra. q̄ dicit. q̄

Absolu-
tic
pu
ten.

Parrochiale curatorum Ca. iii
curatus per seipm id agere circa prochianos su-
os qd agendū est poterit videſ pferend⁹: nisi legi
timā fieret exceptio h̄ ei: z sic hoc bñ seruaret tol-
lerent multe lites z scandalā varia: qz ffes sepe
ad hoc assumunt sine cā p formā. d. clem. Propō
sc̄ba ex dictis seq̄tū q si plati recusauerint ffib⁹
p fatis dare lniam audiend i p fessiones obserua-
tis illis iam enumeratis tunc succedit lnla iuris
p̄ hoc in. d. cle. in. S. statuimus in. fi. Tertia cōclu-
sio sicut eīs in solennitate in cle. dudum p̄stituta
pōt frēs idoneos ad audiend p fessiones accepta-
re: ita nō d̄ gratiam q ad hoc pcessam reuocare.
Cause aut ē ex qbus eīs eos poterit reuocare si
cūt ab initio eis ex cā lniam posset denegare pnt
esse si forte iutiles sunt effecti. Uel ex post facto in
uenians iutiles fuisse pntatos ar. Quia si his ca-
sibus medicus corporalis semel approbatus fa-
uore sanitatis corporalis poterit reprobari. ff. de pro-
fes. z medicis. l. i. fortius medicus aie. C. de epis.
z. cle. l. statuimus. de pe. z re. cum infinitas vel si
forte pstat eos p̄tate eoz abutit. xi. q. i. ii. p̄uilegiis
Uel si simul multi audiūt z pstat tot pntatos non
esse: nec sc̄f qui sunt iſi v̄ illi: tunc em̄ mixtionis
rōne oēs eīs reuocabit donec districte plati eoz
disponant q soli audiant pntati. ar. vt. d. legitur.
Item reuocari pnt si p̄eario vel vſq ad bñ placit-
rum eīi vel sedis siue consentientibus platis eo-
rum existant admissi. Et sic t̄ps eos qnq̄ reuocat
vt si ad certum t̄ps essent admissi p̄sentientib⁹ (vt
dixi) platis eorum: non em̄ pōt eīs illi iutitis con-
ditionem modum v̄ diem adiūcere vt satis pba-
tur in. dic. S. statuimus. Et idem forte dici posset
si a t̄pe admissionis eoz per decem annos stent z

De penitentis recipiendis. **Fo. lxiiii**
ptate eoz nō vtant. ff. de nūdiniis. l.i. Alterius h̄c
lapsu ip̄is p̄sumant vtiliores effecti. c. de diuers.
rescrip. l. falso. Et his iſq; r alijs rōabilibus cau
sis ep̄s eos poterit reuocare: etiā si lniaz ab eo n̄
habuerūt: sed sine admissione iure suo. p̄prio au
diantriuta dictū. **N**. si x̄o. qz nō amplioris vigor
ris d̄ esse p̄t̄s eoz si non admittant q̄ si admis
tant. sed si admittant reuocari p̄t̄ ex cā. g. Pre
terea siu: admittant siue nō iurisdic̄o eoz nō est
ep̄alis: sed nudi sunt ministri coadiutores r accu
mulati. Et p̄missis sequit q̄ p̄ translationēcessio
Frm p̄t̄
neat: v̄l morte ep̄i non expirat p̄t̄as eoz. qz quod
non facit reuocatio expressa minus facit tacita. l.
tūs F. locati. Et qz reipublice expedit esse plures
quoz quilz insolidū valeat aias liberare ar. ff. de
noui. ope. nū. l. nā recipib. Hec v̄a nisi essent vt p̄
dicti acinissi v̄sc̄ ad b̄nplacitū ep̄i. fecus si v̄sc̄ ad
b̄nplacitū sedis sue. de rescrip. r s̄ gratiose. l. vi.
Alterius sequit q̄ ep̄o mortuo nō est necesse eos
successori suo p̄ntari de nouo nisi fuisset admisso
p̄sonalis. sicut i s̄li dicim⁹ de vassallo. de iureiur.
c. vitaris. Premissa oia locum h̄i nisi in cassib⁹
ep̄alibus ip̄is ab ep̄odelegatis in q̄bus oī tpe ex
prese potuerunt reuocari. cum ip̄is non p̄petet
ture suo: non sic p̄ mortem ep̄i tacite in dictis cass
bus reuocant: nisi forte reintegra: qz favorabile
est aiabus vt dictum est. Ande moriens in eadem
voluntate p̄sumat p̄māssie. Et qz caplū sede vas
cante: vel successor q̄si placet poterit reuocare: ee
ti q̄nō inconuenienter arguit in hoc casu de fo
ro contētioso ad forū aie. de offi. de leg. gratū. z.
c. relatum. Prima p̄s huius tertie conclusionis
ab ab in d. cle. p̄ hoc q̄ subiungit nisi forsitan eis
ecclesiā plati v̄beriorem in hac pte grām duxerat

R. i.

Parrochiale curatorum.

Ca. s. iij

Consiliu^r int faciendum. caution tñ est pcessus q̄ habet in
i alteri^d dicta cle. Secunda ps pbatur g.c. si. de cle. non re
pudiciū si. q̄ mutare qs non p̄t consilium in alterius pres
mutari
nō pōt.

Propō tercia. Religiosus legitime p̄natus & p
epm admissus non abutens suo p̄uilegio ceteris
paribus confessiones sine lñia curati audiēdo n̄
facit p̄uditicū ipsi curato. p̄z q̄ iurisdictiō piās
non est commissa alicui in fauorem suum: sed ad
honorem dei & utilitatem plebis. iḡ ēps excau
sis fratribus commitendo non facit preludicūz
curato nec frater suo p̄uilegio rite vtens sibi p̄iu
dicat vt diceſ latius infra in solutione secundē ra
tionis. **Quarta conclusio.** P̄tās fratru^s in audiē
dis confessionibus nō est amplior p̄tate prochias
lium sacerdotum. texus est expressus in d. clemē.
Statuimus. v. q̄ huius ait. Et quo sequit p̄mo
q̄ ipsorum fratru^s potestas in hoc articulo est si
milis p̄tati simplicis curati quam h̄z & iure. **S**e
cundo sequit q̄ in cassib⁹ reseruatis ep̄o & multo
minus papeditiffes non p̄nt absoluere nisi ip̄is
specialiter concedatur. **P**ropō quarta. Iz curat⁹
quandoq̄ habeat auctoritatem soluendi in cas
sib⁹ reseruatis ex indulgenti speciali: non ta
men ex hoc fratres haberent tandem auctorita
tem. pat̄z p. di. cle. equiparant curatis in hoc km
ius commune dumtarat. vtpz in vbo a iure con
cessa. **Quinta conclusio.** Quamuis fratres men
dicantes possint ordinarie clero & pplo predica
re sicut & irrequisito a sensu curatorum confessio
nes audire: non tñ possunt sine spectali p̄missiōe
curatorum prochianis sacramentum eucharistie
aut extreme uincionis ministrare: nec matrimon
ium solēnizare. **Prima ps** ponit in d. clemē. in

De penitentis recipiendis.

f. lxxiiij

G. statuimus. Exciuntur ibi tamen quedam ho-
re et dies quas ibi vide: et hoc verum in locis eorum
et plateis communib[us]. In ecclesijs vero parro-
chialibus fratres ipsi nullatenus audeant predi-
care nisi a parochialibus presbiteris fuerint in-
vitati: vel rogati: aut de ipsorum assensu. Ad nis-
si episcopus per ipsos fratres predicari manda-
ret. ut ibi dicitur. Secunda pars conclusionis p-
batur in clemen. i. de priuile. vbi sub pena excom-
municationibus lat. sententie predicta tria ffiz-
bus interdicuntur: et si fecerint a solo papa sunt ab
solvendi. Propositio quinta. In pluribus pote-
stas curatorum latior est p[otes]tae f[orm]m[is] priuilegiato-
rum. patet: quia predicta tria sacramenta mini-
stra[n]t non possunt. In super in confessionibus au-
diens non possunt sibi coadiutores assumere: nec
vice suas committere: nec extra diocesim sibi ve-
putatim aliquos audire que omnia possunt cu-
rati. igit[ur] p[ro]positio vera. Est tamen verum q[uod] quo
ad quid li certis latior est potestas f[orm]m[is] q[uod] possunt
audire non subditos p[ri]pri sacerdotis: puta totu[m]
diocesis: cui[us] solu[m] subditos sue parochie. Eti-
am huius opinionem possunt audire exemptos
et studentes aliae dioecesis, vt infra dicam. et cu-
rati non. Serta conclusio. Fratres priuilegiati di-
gnerunt cum charitate debent in sua vti non pre-
cise ad questum: non ad emulationem: non ad ama-
bitiōnem: non deniq[ue] in preiudicium temporale.
vel spūiale curatorum. Hec conclusio bene p[ro]ba[ta]
in d. cle. vbi dicit[ur] q[uod] f[rat]res dictam concessionem re-
cipiant cum gratiarum actione: quis secus facie-
do facerent quod sibi noleut secundum dictamen
recte rōnis fieri: et sic peccarent. facerent enim p[ro]tra-
legem nature que habet Thome quarto. Q[uod] ab

R. ij.

curator[um]
ptas est
latior
ptate
f[orm]m[is] priuilegiator[um]

Parrochiale curatorum. Ca. lxx
alio tibi fieri non vis vide ne tu aliqui alteri facias. i. dis. in p̄n. P̄ op̄o ferta. Sicut fratres priuilegiati pdicantes et pfessiones audientes debent instare apud prochianos quatenus honore debitum ac sustentatione suis reddant curatis: Ita curati debent eos cum bona gr̄a suscipere tanq̄ coadiutores a sanguinibus missis: h̄ntes ab eisdem in licetiam pdicandi et confessions audiendi. Prima ps. pp̄ois pb̄as oppositū faciendo merito repelerent: et excōdicationē a iure nonnūq̄ inciderēt ut p̄z in cle. cuyientes de penis. Sc̄ba ps. pp̄ois p̄b̄as in d. cle. S. ceterum rbi papa horat̄: et nichilo minus districte p̄cipit curatis quatenus p̄ titia na et aplice sedis reverentia pdictos ordinis: et pfessores eorū habeāt affectu beniuolo commendaros: fratribus ihsis non se difficiles: grates: et duros: et asperos: sed p̄ otius favorabiles: pp̄itioes: et benignos piac̄ munificētia liberak̄ se studeant ethibere. Sed nunquid cōfessio p̄uilegia: nis: inēditātibus aut alteri de lnsa esti nihil omnis semel in anno teneat p̄fiteri p̄prio sacerdoti Et videt q̄ sic. Nā papa p. d. c. duā. si tollit hāc p̄stitutionē. p̄t ei stare illa cū illis ut semel teneatur q̄ p̄prio sacerdoti cōfiteri: et nihil omnī posse confiteri mendicantibus ḡ viris satissimi p̄t. Et isti satissimi d̄ ar. de sponsa. c. cōmissum: ut sic voluntaria confessio q̄ sit ihsis non excludat necesse sariam que sit p̄prio sacerdoti. ar. de iure iur. ea te de homi sicut dignum. S. eos. Et hoc tenet achi. d de pe. di. i. iudicet. Idem Joan. mona. in. d. cle. et plures alii. quo s̄ allegauit in. viii. ratiōne ante op̄ficio priuilegium. Sed p̄ illo sit hec. vii. conclusio. Confessio legitime fratribus priuilegiatis siue non tenet ceteris paribus eadem peccata iterū confiteri p

De penitentiss recipiendis. **fo. lxx.**
pro sacerdoti: ita nō debent curat̄ ab iniuris no-
tis nō te
uam confessionē de eisdē p̄tis sine rōabili causa nef̄ ut ex-
extorquere. **H**ec conclusio declarat̄ p̄ iohān. xiiij. p̄fiteri su-
in sua extrauagan. q̄ incipit. vas electionis. vbi is curat̄
cōtrariā opinionē reprobat ⁊ dannat tanq̄ acas
tholicis respūdā. **I**tē tenet glo. in. d. cle. i verbo
ūngtiri. **S**uīl. pau. ioh. de lig. v̄voyer. pano. Et
p̄batur rōe. q̄ legitime cōfessis fratribus ipsis
pctā sūt dimis̄a: ⁊ q̄ ad dēū ⁊ quo ad eccl̄iam. igi
tur nō teneſ q̄ tūcunḡ curatus erigat eadem. ite
rū sibi cōfiteri: q̄ nullus teneſ cōfiteri pctā q̄ nō
habet. **I**te soluens qui, ei qui loco dñi hēetur. non
teneſ iterū soluere dño. ff. de pigno. act. l. solutū
sed isti loco. p̄p̄is sacerdotis habētur: ⁊ in h̄ ecq̄
parātur vt dictū est. **I**tē cle. dicit eūz absolutum
q̄ libere p̄t ad alios accedere exceptis casib⁹
ep̄o reseruatis. **A**n̄ solū reseruat ius ep̄is. nec p̄
pter hoc decretalis ista correcta est p̄ illā: q̄ illo
rum p̄tā acumulata est ad istos. **Q**uod enim
hic dicitur de parochialibus: ibi additur de pre-
dicatoribus ⁊ minoribus. Item in p̄tate sacerdo-
tum ēē tollere eorū priuilegiū. nā ad se venien-
tib⁹ tātā p̄niām ip̄onēret vel esset eis ita graues
q̄ nullus vnq̄ iret ad mendicantes. Item non es-
t̄ vñus ex casib⁹ in q̄bus d̄ confessio iterari. **I**tē
si ad hoc tenerent: tūc h̄mōi priuilegiū i derisio-
nem habereſ cum pauci eis confiterēt videntes
se cū maiori rubore ⁊ erubescētia ⁊ cū dupli ci pe-
nitētia nihilominus teneri p̄p̄io confiteri. nam
circuitus est vitandus ⁊ p̄tī est fieri per plura
ff. de con. inde. l. diuus: ⁊ q̄ nimis emungit elicit
sanguinē. **P**roverb. xxx. iiii. dī. deniq̄. **A**n̄ sicut
fatuū ēē dicere q̄ cōfessus pape teneret confite-
ri ep̄o: vel confessus ep̄o adhuc teneret confiteri
R. iij.

Parrochiale curatorum.

Cap. iij
pprio sacerdoti. sic est stultū dicere q̄p̄fessus fra
tri priuilegiato adhuc tenetq̄ sacerdoti p̄prio sacer
doti. Dicitur in cōclōe legitime. q̄ nullū dubiū si nō
esset q̄s legitime cōfessus fratri tenere eadē ite
rum cōfiteri. Dico etiā ceteris paribus: q̄ in casi
bus in q̄bus tenetur q̄s reiterare p̄fessionē bene
posset curatus nouā cōfessionē erigere. dico etiā
eadē p̄ctā. q̄ s̄m. S. tho. ibidē. q. xiiij. in solutione
vltime rōis. et dicetur infra i solu: de octave rōis
Richar. in. iiij. d. xvij. si suo curatq sit hō discretus
cui nō sit semel in anno cōfessusz erigat ab eo cō
fessionē tūc cōfiteatur ei p̄ctā oblita prius et ea q̄
fecit post cōfessionē fratri factā si q̄ h̄z: vel saltez
p̄sentet se cozz eo: et dicat se cōfessū ppter statutū
ecclie. **M**ulti tū dicūt q̄ nechoc tenetur facere q̄z
obstat rō. xiiij. nā ad sevientibus. r.c. Item ob
stat iduūlitas cōfessionis et mutatio p̄fessoris
itē et derisorū eēt. q̄ reliquias modicas seruarēt
hoies p̄prijs suis sacerdotibus; leges autem nō
debēt eē ludibrio. de elec. omissa. li. vi. **T**ūvtile ē
sm illos vt etiā p̄prio cōfiteatur a q̄ h̄z recipere
eucharistie sacramētū. dicitur in scđa pte cōclōni q̄
curato nō oī ab initio de eisdē p̄ctis nouā p̄fessio
nem extor: q̄ si prochianus velit p̄t eadē pec
cata i terū cōfiteri suo curato cū sacramētu: p̄nē
possit pluries sup eadē p̄ctā suū effectū so:tiri. sal
tem q̄ ad augmētū ḡfē: et maiore spē venie ut dia
cit aug. de pe. di. i. S. cū ergo. r.c. quē penitet. imo
nec includit repugnatiā qui aliquis ad hoc possit
obligari. vt p̄z de multis religiosis. **M**ā cisterciē
ses tenētur ex statuto ordinis singulis annis ge
neralē cōfessionē facere de prius cōfessis ipsi ab
bati. Et alis religiosi in pluribus casibus tenent
eadem p̄ctā iterū cōfiteri. m̄ ad scđale iteratiōez nō

p̄ctā eadē
pluribz
confiteri
bonum.

De penitentib⁹ recipiendis. **Fo. lxxv**
tenetur laicus absolutus a fratre. igitur. **P**ro
positio. vii. sequit⁹ ex cōclōe q̄ cōfessio rite legiti
me fratri privilegiato fctā ē certa & dubitata. p3
et dicit⁹ et opp̄st⁹. s. q. s. t. sc̄erta & indubitabilis tc.
Reprobatiū ē p alex. v. i. d. extrauagā. regnās. tc.
Avidimus em⁹ qd possint & debeant fratres men-
dicantes. Avidem⁹ i gr̄ qd possint curari. Et pro
ist⁹ o sit octaua cōclōe hec. Sicut curati habēt de si
bi subditis quibus in ministratiōe sacramētorū
cogitate: vt sancta sancte suscipiat: sic dec⁹ ma-
xime ut q̄libet parochian⁹ se pri⁹ ostēdat suo cu-
rato ḡnialiter vel specialiter i foro cōscie & sacra-
menta eadē suscipiat. **H**ec cōclōe est cācellarij pi-
sien. loco vbi supra. & post cum magistri nicolai
vincelpuel in q̄stionib⁹ suis sup̄ mat. probatur
cōclusio. q̄ curati ad hoc instituti sit ad regimen
siarum vt subiectos dirigant in finē ultimū p cō-
munionē sacramētorū & pctōrū remissionē & pro-
motionē advirtutes. & ad hoc p receptiōem cure
obligantur: ergo multum decens est & se prius
quilibet subditus ostēdat in ḡne vel in spē. **P**ot
insuper curatus edictum generale vel specie pro-
mulgare suis parochianis sup̄ hoc ne alter se re-
cipiendo sacramenta īgerant. **P**ropō octaua.
fas est curatis īmo cautum īq̄rere a suis parro-
chianis qui sibi vel suis nō sunt confessi quādo &
quisbus sint cōfessi. et multū rōnabile est & parro-
chiani suis curatis super hoc respondeant veri-
tātē. patet ex dictis. quia in curatis incumbit. cu-
ra suorum parochianorum: vt patet ex auctoritātib⁹
adductis: quarta rōe ante opp̄st⁹. tp illud
ad hebreos ultimo. **O**bedit prepositis vestris
& subiacete eis. ipsi enim peruiigilant quasi ratio-
nem reddituri p̄o animabus vestris. & cetera.

Curati
ad qd fa-
ciendū
sunt insti-
tuti.

Parrochiale curatorum.

Cap. sis

vbi precipitur subditi ad prelatum obediētia: et
eō plati ad subditū diligētia igit̄ cautū est hoc i-
gñere: p̄ quocq̄ parrochiano negāti respondere
et petēti eucharistie sacramēti rōabiliter, p̄t de
negari: et sibi respondere si confessus sis et absolu-
tus ab h̄site p̄tātē: vel nō. Ignoro autē si decipias
te vel alter te decipiat. Et p̄cipue hoc ē vez si tal'
prochianus fuerit publicus p̄tō: vel excoicatus
vel si auētas et cōsensus superioris sibi denegandi
ad hoc accederit. Nonna cōclō. Iz curat⁹ credere s̄
beat subdito dicēti se esse cōfessū mendicanti: vt
sic eum ad cōionem admittat. Religiosi tamen
dum de p̄cis publicis vel excoicatione talez ab
soluit debet de ḡruo fidem facere de absoluto
et absoluēdi p̄tātē si sup̄ hoc a curatis fuerit req̄
siti. Prima ps cōclusionis ē sc̄i tho. in quoddam
quot lī. Iz qdā dixerūt q̄ nō teneat⁹ curat⁹ credere
ppter tres rōes. Prima ē q̄ salus subditi non
soli tagit subditū h̄z et curatū suū. q̄ dependet ab
eo. vt Judic. q̄. Vlos pbſi q̄ p̄fessus p̄plo ervob̄
dependet aia illoꝝ. modo dicūt iura i regulaq̄
oēs de regu. in. lī. vi. r. c. cū oēs. de p̄tī. quod oēs
tangit ab oſhus v̄z approbari. igit̄ur. Sed a rō ē
q̄ cū obligatus est ad reddēdū rōnem. p̄ ipo sub-
ditovt pri⁹ vissū est nō p̄t reddere rōnem. p̄ ipo n̄
si ipse subditus oretenus se mōstrauerit ipsi sa-
cerdotiv vel saltē alij de Inia ipsius. An decretum
aug. de pe. di. i. quē penitet. dicit. Precepit enim
dīs mūndandis. vt ostēderēt se sacerdotib⁹. Si
ergo misstraret suis subditis eucharistiam vel a-
lia sacramēta et nesciret utrū esset in statu recipi-
endi vel non de hoc haberet reddere rōnem stricti
orē. Tertia rō est q̄ prelatus h̄z p̄uidere et solli-
citare p̄ aia subditi sed ista p̄uidentia cēt nūni⁹

curat⁹ s
credere
by subdi
tōdicēti
se fuisse
p̄fessum
mēdicāti

De penitentis recipiendis. **50.** **I**uris
cordata dare cibum eucharistie subdito quem in nullo
scit vere penitentem et confessum hoc enim est isti con-
fesso dannabile: nisi enim est sic dispositus, quod mandu-
cat et bibit indigni iudicium sibi meducat et bibit
i. cor. xi. **O**rgo quod iste missus faciat quod in se
sciende disponeat huius recipientis. hoc autem est
si audiuerit vel audiri fecit per aliud idoneum presul-
ficiem eius. si ergo non debet sibi credere propter ista
enim concordia sententia doctorum in. iiiij. q. sic. **N**on quod
in foro conscientie creditur homini, propter se et contra se quod non
sumitur quod immemori salutis sue. i. q. viij. sancimus. **Credit**
de homicide. significasti. In foro autem contentioso quod in foro
creditur alicui contra se non autem propter se. **A**n si probatur cu[m] conscientie pro-
ratus sit impedimentum spectas contra foro con-
tentiosum. pura ex causa non tenetur credere: nisi
ei de absolutione postea de re scripto cum contingat.
Si autem sit impedimentum quod ad foro penitentiae
pertineat. si peccatum. tenetur credere et iniuste-
agit eucharistiā denegatur: nisi talis sit publicus
peccator. **H**ec sanctus thomas. Et ex eisdem motiuis
dicunt se habere licentiam a proprio sacerdote solo
eo est credendum. **S**ciam pars conclusio prior ex fū
damēto propōsis precedentis. **P**ropōsita nona quod si di-
cti fratres req̄siti hoc non facerent: posset sic con-
fesso sacramētū eucharistie denegari finis mo-
dum dictū. **D**ecia conclusio. **L**icet prochianus suā
licentia sui curati possit confiteri fratri priuilegi-
ato: non tamen debet hoc facere et contempsu sui cu-
rati: aut sine rationabili causa. **P**rima pars illius
conclusionis probata est supra in prima conclusio-
ne. **S**ecunda pars probatur. quia si hoc faceret
ex contemptu sui curati peccaret mortaliter et per
consequens redire a fratre cum peccato mortali-
li. **P**ropōsitus decima. Curatus vir potest: s. par-

Parrochiale curatorum

Capi. viii

prochianis sine pctō sic contenni q̄ eius licentia nec in ḡnali prius nec in speciali q̄ratur dū alibi confitetur: aut missas diebus dñicis & festis audire voluerit. **Hec p̄positio ē cancellarij parisiensis.**

Curat⁹ vir a p rochianis sine pctō cōfēti⁹. **rc.** **Unde timendū ē q̄ parrochia nus cōfess⁹ fratri ordinarijs suis cōfici p̄ totum annū neglectis sp̄tēs & om̄issis ac eorū licētias nec i generali: nec in speciali prius q̄sita: si cōtem pto: siue trā s̄gessori mādati eccl̄ia. in. c. ois vtrī usq̄ de pe. cōfēti⁹. & p cōsequens peccet mortaliter. idē dico de illo q̄ dieb⁹ dñicis et p̄ceptu alib⁹ audit dīna⁹ mādatū ec. i. c. vt dñic⁹. de pro. & dico notāter timendū est: q̄: nō assero nec simpl̄r diffi- nio tales sic faciētes peccare mortaliter. cū nō te māk prochiani solū cōfiteri suis curatis sub pena p̄cti mortalis ex mādato eccl̄ie. i. d. c. ois vtrī usq̄ p̄tēto. vt declaratum fuit p. **Blerē. v.** in dicta extrauaganti⁹ regnās. **rc.** **Rec cancellarius dicit q̄ sic facientes peccant mortaliter sed dicit q̄ vie possit a parrochianis fieri sine peccato. illud au- tem dī vir posse fieri q̄ potest fieri sicut cum dis- ficultate. vt in. c. per catechēsimū. de cogn. sp̄ū & lib. vi. sic est in casu propositionis nostre. **Eld- dit cancellarius q̄ si licentia in generali vel spe- ciali questia denegetur sine rationali causa suf- ficit excusare eos qui frequenter alibi confitent licentia non obtenta sed petita.******

Undecima conclusio. **Curatus securius: vtilius & iustius eligitur quantum est de perse & ceteris paribus per confessionem sacramentalis respi- cienda a prochianusq̄ frater priuilegiatus. hec prepositio est cancellarij. & post cum Wico. locis**

De penitentiis recipiendis. **Fo. lxvii**
vbi supra. **Q**uis securius pbatur quis persona curatus
curat est a deo et ab ecclesia ad hoc pcepta. ffsis exigere
autem persona solum ab hoc concessa. non enim possit co
pceptum nec consilitor qd eis confiteatur. nec tenet confessione
tur etiam volenter confiteri audiire nec aliquis de potestate
pulo sibi confiteri obligatur. **C**uratus autem tenet qd frem
audire suu prochianum: alia sacramenta ministrare si offert se: igitur. Item curatus est suis parro
chianis amplius obligatus propter mutuam et
correlatiuam obligationem plebis ad suos pastores
curatos: et cetero. igitur vicissim sibi magis obli
gatur. Unde rationabiliter potest parrochianus de co
amplius confidere qd sollicitior sit ad puidendum
sue salutis qd frater qui est sibi persona extranea. si
autem medie corporalis est ego et magis securus
carnaliter cui magis obligat. Item parrochianus
de coi earsi non habeat hesitare de persona sicut cu
rati qd eius potestas soluendi suos subditos sit le
gata. De fratribus vero persona hz verisimiliter sus
picari qd ppiter exco diciones varias quas a iure
propter excessus et abusuum multi eorum icurrunt
patet in iuribus in. xv. ratione ante oppositum ad
ductis est in eis potestas ligata nec est dubium quin se
curius est homini confessionem pandere liberam
potestatem habenti qd habenti potestatem ligatam
igitur persona curati est certior atque securior. Item
qd securius alter persuadetur. quia eius persona
rationabiliter parrochianus poterit iudicare qd
quo ad penitentiam congruam et utilem sibi im
ponendam pro suis peccatis: cum regulariter
melius noscat conuersationem vitam sui parro
chiani est iudicar minus suspectus seu equior. qd
questum subsidit ipsalis p confessioibz sue auditio
est suo ordinario non hz supponere nec aliquis suspic

Parrochiale curatorum. **Capi. iiiij**
eari: cū necessaria vite sue ecclē sint annexa. **D**e p-
sonis vero fratrū eō. qz cū ad paupertatē et mēdici-
tate sint astricti. ppter questum relevationis sue
mendicitatis in eis cām auditionis poterit sus-
picari. **M**lures eīm di. ut volo p̄fiteri monachis
qz paruas pnias imponūt. **N**ā ipsi viuētes de es-
lemoniis quotidianiis nō audēt magnas penitē-
tias imponere: nec vicia cū effectu rēphēdere qz
tineret qz fortē nihil daretur eis et fauores laico-
rum perderent. **I**tem p̄la reqrunt ad hoc qz fra-
ter hēat legitimatā executionis audiēti cōfes-
siones. vt dixi supra in sc̄ba p̄clusione qz nō reqrū-
tur ad hoc vt curatus possit audire igitur securi-
us. **I**tē qz securius eligat curat⁹. p̄batur. quia p-
z̄fessionē sibi factā vitare pōt p̄la ī cōmoda de p-
accidēs qn̄qz confessis euēntientia. **N**ā si p̄fiteret
fratri aufertur securitas in pte: nō dico in toto:
qz confessio talis etiā ē secura: vt dixi supra in p-
ositione p̄lonis septime: sed facta curato cete-
ris paribus ē securior. vt p̄z ex dictis. **I**tē ex hoc
sepius incurrit cōceptū et ideuotioē ſ curatu⁹.
Itē tollit i pte erubescētia qz est maxima ps pn̄ie
Certū ei est qz ampli⁹ erubescit pandere pctā illi
quem cernit qdī die pñtē qz vni extraneo quē for-
tassis non videbit nisi simel in anno. **I**tem ex hoc
sequit⁹ qn̄qz oblationū et decimarii defētiovel di-
minutio qz nō prochialibus ecclīs ſz fratrib⁹ ip-
sis offerūtur. **S**cđo dixi qz securis eligitur cura-
tus qz nō videat ambigū qz q̄s obseruando siue
sequendo p̄ceptū vtili⁹ ſibi agit: qz p̄cepto negle-
cto sequendo siue obseruādo lniam et cōfessionez
cū sequēdo ſolū lniam nullus ab hoc dī recte me-
reatur: et qsn̄s obseruādo p̄ceptū mereſ. ſz sic est
de curato et de fratre igitur. **I**tē prochian⁹ confi-

De penitentis recipiendis. **Fo. lxx.**
tendo curato suo hz duplicitate obediens meritum
scimicritu quo ad legem confessiois. et meritu obes-
dientie q ad legem psone: cōfido fratri caret al-
tero illoꝝ meritox. Item cū non sit prochianis p-
ceptum neq p̄suetum vt fratribꝝ cōsite anfr: vnde
confiteri suo curato videſ sibi vtilius. Item pso-
na curati ē prochiano ap̄lius obligata q̄ ffis po-
sona et amore sc̄to. vt quisq de cursu coi d̄ suppo-
nere ampli⁹ vt teneſ ex cura suo prochiano magis
affecta. An p̄sumit ex hoc q̄ solicitor erit circa
vtilē medicinā sp̄ualē sibi adhibēdā q̄ ff cum sit
extraneus. igf ex illo capire vtilius eligit. Itē q̄
curat⁹ est ad hoc securior: igf vtilior. Itē facilius
ad curatū h̄ accessusq ad ffem: vbi aliqui est im-
possibilis: igf vtilius. Et hec cā sp̄aliter locū hz i
casu infirmitaris de nocte. q̄ non p̄t h̄i accessus
ad ffem: tunc oportebit curatum audire prochianis
num etiā si immineret sibi piculum ſfectiois vbi
illi confefſio multū eſſet expediens vt ſuā vitā po-
rem agnoverter: igf vtilius. Itē q̄ſq regulariter
ampli⁹ erubetſit p̄ſtendo: q̄ ffi. vt ſupra: igf vti-
lius. Diri tertio q̄ iuſti⁹ q̄ curato magis incum-
bit rōnem facere de ſuo prochiano corā diſtricto
iudice: q̄ ffi p̄uilegiato. Item pleban⁹ pp̄: et ſtri-
cte b: p̄prius ſacerdos ſui prochiani: fed ff p̄uis
legiſatus nō: q̄ nullus de p̄plo obligat ſibi p̄ſte-
ri. nec ipſe tenet audire vt ſupra dixi tibi igf. Di-
xi notanter in p̄cluſione q̄tum eſt de p̄ ſe et ceteris
p̄ibus: ſue regulariter ſtaret q̄ de p̄ accidēs et ex
cā ſpeciali ſecurius iuſti⁹ et vtili⁹ eligeſet ff aut
alter in confeſſorem q̄ curat⁹ ſicut de hoc plures
caſuſponit. S. T. i ſcripto. iiii. di. xviij. q. xiiij. Si
curatus ex certa cā reddit prochiano ſuſpectus
velſi timeret ſibi aut ſacerdoti vel alteri ūmīneſ

Barrochiale curatorum. La. lvi

Curato re p̄iculum ex confessiōe curato facta. **Ued si su-**
qñ greli curatus est minus idoneus ad apponēdūm p̄ctō
cro frat salutare remediū. vel hereticus; v̄l' sollicitator ad
mēdicās malum; vel lascivus; vel reuelator cōfessionis ti-
p̄ cōfes- meref. vel si esset multitudo copiosa prochianor
tione tu- ita q̄ curatus nō posset oēs sufficienter audire; z
tius eli- bene z signatim expedire. In hisz s̄libus casib⁹
gitur. iustius; securius; z utilius; precligit f̄r ad confes-
sionem facienda ipsi curato. **Propositio. xi.** **Ce-**
teris paribus p̄ cōfessione prochianor facienda;
ac sepulturā h̄ndia eligibiliō; ē prochialis ecclia
z f̄rm oratoriuz sive ecclisia. **Propositio. xii.**
Quia p̄ consciēntia prochiani confessio; ac sepul-
tura inibi habenda; locus securior; z utilior; z iusti-
or est. Hec tria p̄bari possunt sicut in conclusiōe
xi. p̄bata sunt. **Xii. cōclusio.** Ceteris paribus me-
lius z salubrius facit confitēs curato suo confien-
do q̄ sine l̄na fratri priuilegiato. Hec conclusio
p̄bat rationibus z motiūs p̄. xi. conclusione ad
ductis. z pdatur ex alio sic. Bonum additum bo-
no fit melius; confiteri dō est quoddam bonum; q̄
vnum cum alio fit meli⁹. sed curato confitēdo con-
fitef̄ obediendo p̄cepto ecclie. i. c. omnis vtriusq;
se. Alteri ostendo sine l̄na confitef̄ non cū obedi-
entia tali⁹; q̄ nunq̄ p̄cepit ecclisia vel papa q̄ ali-
quis confiteat f̄ri. sed bene precepit q̄ confiteat
p̄prio sacerdoti; vel ali⁹ de sua licentia. Item cu-
ra subditū committit immediate curatorū non au-
tem f̄ri; sed licentia solum conceditur. Dicīt em-
curato. ezech. xxiij. c. Sanguinem aut eorum de-
rū d̄ ma- manu tua requiran. de offi. or. ierefragabilis. de si-
nib⁹ p̄la- mo. lz hely. a quo h̄z necessario recipere alia sc̄ra
tor̄ req- z ipsum christo presentare in die iudicij. p̄ ipso ra-
etur. gione redditurus. Itē s̄m dyo. Insula reduc v̄b̄

De penitentiss recipiendis. **Io. lxx.**
ad suprema p media: sed curat⁹ ē medi⁹ iter dei² &
sui pp^lm. ig⁸ sui subdit⁹ regulariter magis redu-
cunt iu dei² p suū curatis q⁹ p aliis sacerdotē ig⁸.
Item curatus hz au⁸tēm ordinariā: ff xō delega-
tā: sed km iura faudabilior est au⁸tas ordinaria
q⁹ delegata: q⁹ minus p*judicialis*. **Q** salubrius
faciat phatur. **Q** certū ē q⁹ regulariter hoīs p^l
teri volentis maior: salus est reddere debitis obes-
dientie & reverentie suo plato q⁹ sibi dar⁹ est a xpo
& qui medius est inter ipm & deū & q⁹ eū reducere
d³ & o³ in dei² a quo etiā alia sacra recepturus &
p ipso deo redditur⁹ ē rōem: & sic p^lteri: q⁹ omis-
sis oībus istis solum p^lteri. ig⁸ melius & salubr⁹
us facit confitendo suo curato & fratri. **D**ixi no-
tanter in p*clusione* ceteris p*bibus* & regulari: non
enī negandum est qn in casib⁹ qnq⁹ apud priu-
legiatos rō potior inueniā. vt supra dictū est. in
p*clclusione*. **P**ropō. nī. Bene facit & consulte ag-
git frater priuilegiatus inducendo confitentem
& confiteatur p*pri*o sacerdoti. aut ab eo licenti
am recipiat. **I**lla. ppō. q⁹ tum ad hoc q⁹ subditus
inducat ad p*fitendū* p*pri*o sacerdoti: est. **S. T.** in
scripto. iii. di. xvii. q. xi. in. fi. solutionis vlti. rōs
nis vbi dicit. Bonū est q⁹ iste q⁹ au⁸tē epī cōfessio
nem audit inducat confitente & confiteat p*pri*o
sacerdoti: quod si noluerit nihilominus eū absolu-
vere debet. Et ibi loquitur de priuilegiatis. vt p^l
ter insipienti. Sed q⁹ tum ad hoc vt saltem indu-
catur subditus ad recipiendum llicentiam est con-
sum dñi bonauen. in. iii. q⁹ dicit. **C**onsulo tamē
& subdit in quadragesima semp'mittant p*lnia*
ad p*pri*um sacerdotem: nisi sit sollicitator ad pec-
catum: vel confessionis reuelator: v'l alijs causis
priuatus officio absoluendi. qui casus inueniūt

Cap. 111

Parochiale curatorum.

sure exp̄ssi: in qb̄ casibus p̄t q̄s recurrē ad aliū
ēsufficit i his casibus petere lniam: l̄z non obtis-
neat san̄ber. i. gl. d. c. oīs. ar. de. regu. l̄z. z pbatur
ppositio rōne qr̄ff̄ p̄uilegiatus p̄fidentē si iducē
do facit id qd̄ ceteris pibus ē securi: vtilius: iu-
stius: melius solubrius: vt patet ex dictis: igitur
bñ facit z p̄sulte agit. Tredic̄a conclusio. P̄fellores
tā curati q̄ p̄uilegiati diligēt̄ iungilēt̄ agnoscē-
re casus reseruatos ip̄s platis nc seducant: aut
seducāt trāsgrediēdo lmites sue p̄tatis. hec con-
clusio pbatur q̄ curati aut p̄uilegiati absoluendo
aliq̄s de facto q̄s de iure absoluere nō possēt gra-
uis peccāt̄: sc̄i p̄os z sic absolvatos seducēdo. z re-
ligiosi ex hoc excōicationē late sūc̄ soli pape re-
suatā icurrerent vt in cle. religio. d. pri. Cōclusio
vltima. tā curati q̄ p̄uilegiati studeat sibi huiusce-
onera sup̄portare, sine p̄tentione z emulatōne de
rebus p̄dictis vel alij ne si inuicē more cognitū se
mordat p̄sumant ne p̄terea feda surgat opinio
ecclesiasticorū apud laicos: z v tugetur ministeria
verbi dei. Hec p̄positio ē cācellarij par. loco vbl
supra. ad quod etiā horat̄ papa z mādat in dicta
cle. dudū. post p̄nc. z x. si. i. S. ceterę quā ter. vide-
as ex oībus nunc dictis: z p̄sertim ex p̄clusione p̄
ma h̄f correlariū r̄sūmū q̄ questio vt preponitur
est vera. Restat ergo r̄ndendum ad argumēta an̄
oppositum adducta. Ad p̄imum r̄d̄m est gl. Ber.
magna i. d. c. oīs. q̄ ad illum punctū q̄ nō sufficiat
privilegiū sine licētia curati: est falsa: z per sum-
mos pontifices cassata z irritata. vt patet supra
in probatione conclusionis prime. Nec est tenen-
da cum ipso iure sit nulla: vt patet in interpreta-
tione prius allegata. vt in fine: vbi dicitur. De-
cernentes irritum z innane z cetera. Ad primam

De penitentiis recipiendis. **fo. lxxv.**
decretale quā berni allegat in ḥrū. de vsl. pal. ex
tuā. Dōm q̄ non ē sile de vsl. palliū. et auēte cons
fessionis:qr nemo pōi vti pallio in aliena puina
ciā:etiam illo archiep̄o consentiente sine lnīa pa
pe:qr talis consuetudo b̄z p otius corruptela. vt
ibi b̄z. sed religiosi p̄nt sine pape lnīa de solo con
fensu archiep̄o audire confessiones et p̄dicare:
vt sup̄ ra patuit. et tōq̄ h̄z lnīam pape non tenetur
req̄rere p̄sensum inferiorū platoꝝ a papa: et q̄ ep̄o
rum non tenet req̄rere lnīam inferiorū platorum
Eliō no. iiii. in. d.c. ex tuarū. Q̄ si q̄s h̄z p̄ulegiū
et vti possit pallio extra suā. p̄uinciam et p̄t hoc
facere sine lnīa alterius. sed in. d.c. papa artauit
p̄ulegium ad petendam lnīam. In p̄ulegio autē
dictoꝝ f̄rm ḥrū dicit q̄ non tenent req̄rere cons
sensum inferioriorum. Ad decre. p̄asto. de p̄ule. vbi
b̄z q̄ monachi. q̄ habebant p̄ulegiū ut prochias
suas decedentibꝫ eaz psonis in vslus suos cōver
terent non poterāt hoc facere ep̄o iconsulto. P̄a
tet solutio p̄ter. qr̄ hoc nō habebāt ex p̄ulegio ve
se p̄pria auēte in possessionem illaꝝ rex mitterē
q̄si habuissent:potuissent. vbi b̄z. Et qr̄ isti habet
p̄ulegium hoc: b̄z p̄nt. et p̄tereala alta rō fuit quare
non poterant. Et ibidem b̄z in gl. Quia nemo sua
auēte rem suam acclpere dz. xvi. q. vi. placuit. ff.
de acq̄s. pos. si. ex stipulariō. secus ē hic. Ad legē
illa. si domus tua. ff. de serui. vr. p̄di. vbi b̄z. Si do
mus tua domui alterius si i' duabꝫ seruitibus
obligata:scz q̄ non altius edificeſ. et q̄ stillicida
sug tectū istius de illa nō cadant: si remittit p̄ma
adhuc remaret scda. Dōm est q̄ hoc verum ē vbi
seruitutes non sunt connexa vt sunt ille:scut acci
pitur ibidem in glo. q̄ly domus aliis edificerū
non sequit necessario q̄ stillicida p̄ter hoc sug

L. i.

Rē suaz
nemint
p̄pā au
citoritate
l̄z accige

Parrochiale curatorum.

Ca. r. iij.

tectum alterius cadant: qz p canales pnt deducis
sed vbi seruitutes non sunt oīm connere una sub-
lata tollit altera vt si concedis mihi quotidie ire
p agrum tuum: concedis mihi facere semirā: sic ē
in pposito. qz ad h̄e executionem audiendi pfectio-
nes sequit necessario h̄e mām executionis qz
est subditus cu3 als esset friuola executio. ideo
si daf executio priuilegiato daf et vtiqz consitens
sibi auētas vt i eum possit fieri executio: cum au-
dire et audiri sint inseparabiliter connera vt p̄us
patuit. et connerorum fit idem iudicium. vt. i. q. iij.
Si qd obiecerit. cum suis couco. Ad illud quod
allegat ber. de piudicio quod adductum fuit pro
secundo argumēto dōm qz hoc v̄x ē de piudicio
multum enormi. vt no. in. c. cum olim. de consue. et
in. c. aplice. de dona. qz aliter omne priuilegiū daf
in piudicium. Negat p̄uilegia aliquibz conce-
dunt si ppter gnalem legem nulli aliquod specia-
le indulget. Priuilegia nanc̄ dñr quasi p̄uata le-
gia eoqz priuatam legem generat. Qz aut papa
Preuile ppa
gia ppa
dedit rhodie dat religiosis p̄uilegia v̄nō dādis de
pā pfe-
cimis de terris quas ipsi excolunt. vt in. c ex par-
ti pnt ēt
hoc in piudicium est prochialium ecclesiaz. quia
piudi-
cio.
talibus auferunt fructus decimarum qz p nota-
bili pecuna vēdi possent. et tñ. ppter vnius ecclie
sie subleuationē facit. papa tm̄ piudicium alteri
sic est pposito. Immo pōt dici. vt. supra in pposi-
tione cōclusionis tertie dixi. qz illud p̄uilegium nō
daf in piudicium curatorum: sed in fauorē p pli
et in utilitatez ecclie et p bono clericorū curatorū
vt melius possint regere pblz: cum curati clericū
pplo non possint sufficere. At tertium vbi allega-

Priuile
gia ppa
dedit rhodie
dat religiosis p̄uilegia v̄nō dādis de
pā pfe-
cimis de terris
quas ipsi excolunt.
vt in. c ex par-
ti pnt ēt
hoc in piudicium
est prochialium ecclesiaz.
quia
piudi-
cio.

De penitentiss recipiendis. fo. lxxii.
Art. c. nullus de proch. dicendum est q[ui] tales p[ro]i-
legati nō audiunt alienum prochianum: sed illius
q[ui] dedit p[ri]uilegium ipsis igit. Ad quartu[m] de vultu
pecoris. Unde q[ui] ipse absoluat ad illo mandato
dum alius vicem suam supplet. Et hoc q[ui] p[re]lat
superior audit vel h[ab]et nisi ab ipso audit. et ideo
ipse non tenet audire nec alius confiteri. v[er]o dic q[ui] Vultus
vultus pecoris est duplex. Unus exterior: qui co- pecoris
sistit in conuersatio[n]e manifesta. hunc tenet p[re]lat siue pp[ar]t[er] subditi ē
cognoscere: et si erat o[ste]r corrigere: q[ui] ecclesia iudicat t[em]p[or]is de manifestis. Secretor autem cognitor ē duplex.
deus in. c. erubescant. xlvi. di. Alius est vultus in-
terior. s. cōscia. hanc non p[ot]est nec tenet agnoscere
plus q[ui] subditus ei dicit: q[ui] dicit papa. Et si locum
dei tencamus in terris: diu inare nō possum[us] in.
c. vt nostru[m]. vt eccl[esi]a. b[ea]stine rc. Et ideo ad h[ab]ac
cognitionem sufficit q[ui] credat subdito dicenti se
alteri absoluere valenti cōfessum fuisse. Et sic p[er]
q[ui] talis cognitio pecoris per p[ri]uilegium alicui s[ecundu]m
dultum de confessione audienda non impeditur.
Hec. S. T. in scripto quarti di. xvij. q. xiij. Ad q[ui]na
tum dicendum est sicut ad tertium: q[ui] f[ra]ses non re-
cipiunt ad p[ri]iam alienum prochianum: sed eius
qui eis p[ri]uilegium dedit. Ad sextum respondit
car. in. c. omnis q[ui] in ver. si quis autem ad verbū
postulet et obtineat subaudiendum est nisi sit p[ri]uilegiatus a sede apostolica vel a iure. quia t[em]p[or]e
tus et p[ri]uilegium tales licentiat. vt in. c. fi. e. tit.
et glo. in. d. clemen. tudum sup[er]bo libere. Et sic
p[ri]uilegium derogatum est dicte constitutioni.
omnis. Vel dic q[ui] fratres p[ri]uilegiati etiam sunt
propriis sacerdotes. Unde secundum bona ventura
ram p[ri]pius sacerdotes dicitur tribus modis. s.
pp[ar]tie: cōliter: et p[ro]munissime. vide hoc supra. c. iiiij.

Parrochiale curatorum. La. lxx.

Plebs. Et ad. viij. r.ñdet. S. L. vbi supra q̄ incōueniens eadē an esset si duo equaliter sūg eandē plebē p̄stituerent possitha sed duo quorū vn⁹ alio p̄ncipaliorū ē supeāndē plebē plu bēm p̄stitutus nō est i conueniens. Et fm hoc sup̄ tes p̄la- eandē plebē immedie sunt' sacerdos prochialis

108.

z e p̄s z papa. z quilibet p̄t ea q̄ sunt iurisdictionis ad ip̄m p̄tinētiā alteri p̄mittere. sed si sup̄ior com- mittat q̄ z p̄ncipaliorū ē duplē p̄tē cōmittere. aut q̄ eum ita vice sua p̄stituat: sicut papa z e p̄s suos penitentiarios p̄stituunt: z tunc talis est p̄ncipali or q̄ inferior p̄latus. sicut penitentiarius pape q̄ e p̄s: z penitentiarius epi q̄ sacerdos prochialis z magis tenet confites ei obedire. Alio mō vt eū coadiutorē illius sacerdotis constituit. Et q̄r coadiutor: ordiatur ad eum cui coadiutor dāt. iō coadiutor est minus p̄ncipalis. z iō penitēs non tñ obediē tenet ei q̄tū p̄prio sacerdoti. z sic no-

Cōfiteri null⁹ te- nez pctā q̄ nō hz aliquis penitentiario epi. vel alteri ab ep̄o com- missionē hñti cōfessus fuerit eūz sint sibi dimissa pctā: z q̄ ad deū z q̄ ad eccliam non tenet ea confi- teri p̄prio sacerdoti tñrumq̄ petat: sed p̄prie statutum ecclie de cōfessione facienda semel in anno eodē mō se dz habere sicut ille q̄ solū hz ve- nialia. talis em̄ dī solum venialia cōfiteri. vt qdā dicūt. vel saltē p̄fiteri se a pctō immunit. z ita p- cedere p̄t extra vagās q̄d vberes martini q̄rti al- legata. Ad opinionē hñi host. Jan. mona. henri. de gran. Joan. de poliat. z suorum sequacium di- cendum est q̄ illa reprobata z cassata est p̄ Joan. xiiij. in sua extravaganti. vas electionis vt dicitur fuit supra circa septem p̄clusionem. Dicendum

De penitentib[us] recipiendis. fo. lxxii.
Enī est secundum sc̄m tho. vbi supra q[uod] sic talis i[n]te-
rum cōfiteri tenetur etiā eadē p[ro]ctā. q[uod] tamen est
affī: nam fruſtra primo confessus fuſſet. q[uod] q[uo]d
pluribus sacerdotib[us] cōſitetur quis rāto plus
de pena ei remittetur. tum ex erubescencia con-
fessionis que in penam ſatisfactorias cōputatur
tum ervi clauim. Unde totiens poſſit aliq[ue] con-
fiteri q[uod] ab omni pena liberaretur. nec iteratio tal[er]
facit iniuriam sacramētos: ſed ſola illa iteratio fa-
cramēti in quo ſacrificatum adhibetur per ca-
racteris impreſſionē: vel per materie cōſecratio-
nem: quorū enī neutrū eſt in ſacramēto p[ro]ne: vbi
nec ſanctificatur materia: nec charactere imprimitur
Hec S. thomas. Et h[ic] ſc̄m bonaue. et ſcotiū. i[ps]i
ma aſſolutione tū remittatur de pena q[uod] tum re-
mitti poſteſt: et ſecunda aſſolutio nullam partem
pene virtute clauim remittat: adhuc tamē valeſt
iterata confefſio: tum ppter maiorem certitudi-
nem: tū ppter interceſſionem confessoris: tū pro-
pter meritum et humiliatiōne. Ad nonū. reſpon-
dendo ſicut iam dictum eſt nō tenet cōfiteri pec-
cata q[uod] non h[ab]et. q[uod] autem eſt rite aſolutus a fratre
privilegiato iā non h[ab]et iſta p[ro]cta quare nō tenetur
ea confiteri. Hec ſc̄m tho. hoc tenet uno expreſ-
ſe tenet cōtrariū: et patuit in ſolutione p[re]cedētis
rōnis. ſed bñ tenet illud q[uod] richar. de quo diri ſu-
pra p[ro]clœ ſeptima. l. q[uod] ſi p[ro]b[us] parrochial[er] exigit
tunc p[ro]cta ſi q[uod] h[ab]et q[uod] nō ſit confefſus: fratri: tenetur
ei cōfiteri. ppter ſtatutū ecclie: vel ſalte ſe p[ro]nitare
coram eo et dicere ſe confefſum fuſſe: et ipſe debet
ei credere et ei dare eucharistiā: niſi curatus p[ro]ba
bilis ſigna haberet q[uod] ille verū non diceret: tunc
non tenetur ei eucharistiā dare niſi fidē ei ſuffi-
cienter faceret q[uod] alicui potenti aſſoluere eū con-

Cōfessō
iterata
quoniam
valeſt.

Parrochiale curatorum.

C. lviij
fessus esset. Et confessus fratri a debito servit
tendi suo curato in anno q̄ priuilegiū exemptus
est. Unde nota q̄ a dicta constitutione oī si verius
q̄ quidam excipiuntur directe. vt ep̄i & superio-
res plati:z inferiores exempti q̄ noī tenēt con-
fiteri p̄prio sacerdoti intelligēdo p̄ talē curatuz
ppriuim sed possunt sibi eligere p̄fessores qui ad
huc sunt eoz p̄priū sacerdotes. vt in c. f. de. pe.
& remi. indrecte vt q̄ talibus priuilegiatis confi-
tetur: ita q̄ anno illo extinūtur a confessiōe p̄p̄s
sacerdotis: nisi p̄prius sacerdos sit hō discretus
et hoc exigit ei tunc cōfiteatur dcqd fecit post cō-
fessionē frari factā nō alia nisi velit: et si vult euz
nor̄ i ma vterius cogere non tenetur ei obediare. vt supia
tore non dixi. Ad decimū dicādū est cū non h̄eat imperiuz
h̄i ipius. par in parēat minor i māiorē. de ele. innoruit.
phibere nō pōt: nec in hoc subditi obediē tenē-
tur: nisi in cā rōabili hoc faceret. vt dixi in p̄p̄de
p̄uma. Hec p̄de. Sed de exemptiō iā dictum est
Ad. xi. respondet richar. q̄ cū ep̄s cōcedit alicul
ptātem audiendi cōfessiones nō auferunt inferi-
ori curato sua iurisdictio q̄tū ad executionē sus
officij q̄d sibi incumbit ex sua iurisdictōe q̄ princ
palius est ep̄i & illi? sicut in angelica hierarchia
dona ordinū inferiorū excellēti? sūt in superiorib⁹.
P̄tererea ista officia in ecclā militante fuerūt
suncta etiā latēter pregnante religionibus utilia-
bus ad h̄inōi officia exequēda. Un̄ postq̄ pdie
runt in lucē cōueniēs fuit vt illorū officiorū aliq
modo. s. excōmissione esset particeps: sicut post
humus partē accipit bonorum qui ante suaz na-
tuūtatem alij slijs erant diuisa. ff. de post hu. l.
i. Hec richar. Ad duodecimū dicendū est q̄ hoc ē
verum regulariter et de iure cōmuni: sed ex pri-

De penitentiss recipiendis. **fol. lxxiiij.**
uslegio speciali et confessione superioris bene poti-
ta etiam est in proposito. Uel potest responderi
cum supra responsum est ad tertium et quintum.
Ad tredecimum decendum est quod parochiani si
habent rationem potiorum eligendi in confessore pri-
uilegiatum quod suum curatum et eligant fratri eius
clericis sexualiter. in cle. dudum. statutas haben-
tem: nullam eis ex hoc de per se afferat damnum
sive incommodum: sed abusu licentie tamquam eis quod fra-
tribus concessa ipsis dicta incommoda et inconvenien-
tia de per accieens evenire possent. Ad quartum
decimum de dissolutione universitatis dicendis est.
quod universitates ex hoc non dissoluuntur quod studen-
tes ad ingressum religionis per fratres inducun-
tur motu zelo aliarum dñis lucrandarum. Et si dolo
tamen bono hoc facerent: quia hic dolus bonus
est: qui que meliora facit cum liceat quem ad votum
religionis inducere: si de eius vita melioriverissi
militer in monasterio presumitur. Exemplo san-
cti andree qui cum vocatis a christo esset addu-
xit etiam et petrum. Nec per hoc quod aliqui sic in-
ducti ingrediuntur eorum ordines universitates
dissoluuntur: sed magis spiritualiter crescent cum per
hoc maior salus ipsorum a honoris deo procuretur
et etiam magis spiritualiter edificetur propter
quem finem studia generalia instituuntur. Est
tamen bene verum quod sicut argumentum deduc-
cit non licet quem precipue iuueni ante annos
discretions circumvenire: et fratribus ac menda-
ciis: et factis promissis et munusculis ad profi-
cendum aut ingrediendum allicerez quoniam
hoc est contra decretum. Apostoli affirmare.
Dicit enim. Et non sicut blasphemamur: et sicut

Dolo bo-
nus est ali-
quid ad
religiōis
votum i-
ducere.

Barrochiale arrochiale Ca. iiii.
siunt Mos quidē faciam⁹ mala vt veniant bona
quorū dānatio iusta est. Nō eis sunt facienda ma-
lavit inde eueniāt bona. Ad roma. iiii. c. i. c. nosce:
xxx. q. i. Hoc est etiā ī doctrinā bēi augu. in libro
contra mēdaciū. vbi expresse declarat q̄ nō est fa-
ciendū mendaciū. p aliquid malo vitando : nec p
cōmodo. pcurando: etiā nec p hoīs aīa z vita sal-
uanda. Er quo satis. pbatur cē pctī mortale: si
nō dz. Et q̄ fratres pueros z iuuenes fraudib^z rictis pro
missis ante emancipationē z annos discretionis
inuitis parētib^z detineret z furaretur. nec post
modū eorū ordinē exire pmitteretur. uno non so-
lum peccare mortaliter videretur ppter furtum
sed etiā. ppk circūuētōne z fraudē z ppter men-
daciū. sīr ppter trāgressionē mandati ecclesie.
q̄ recipit eis fratribus p̄dicatoribus z mino-
ribus. in. c. non solū. de regula. sub pena excōnu-
nicationis z in virtute sancte obedientie ne ali-
quem nisi maiore. xiij. annorū ad professionē sui
ordinis recipiat: et ne ante annū probationis clas-
psuz sīr. p̄fessionē ab aliquo recipiant. qd si fece-
rint: receptus nō est alligatus eosq; ordinī. et ipsi
a receptione p̄fessionis aliorū ipso facto sunt su-
spens: z puniendi pena q̄ p grauioribus culpis
eis: colsuēt istigi. Nō ponit in. d. c. qz l̄ zelū aīa
rū habētes eas lucrari dño sollicite cupiant ali-
quos ad eorum ordines inducendo ac alliciēdo
st̄ decet si expedit vt sc̄le puritati nō desit iudi-
cium rōnis. ne si alicui spūalis. pfectus querat
ipsis salutis dispendiū subsequatur. igif non de-
bet fieri talis allictio z inductio per fraudes:
circūuētōnes: z mendacia: ne si alios ad salutē
quererent seipso perderent. Ad quintumdecimū
dīcendum q̄ ex hoc non leditur ius curatorum sī

De penitentis recipiendis

fo.lxxv.

fratres non abutuntur suo priuilegio: sed in finem
pter quem eis concessum est quod non leduntur in iure
re spirituali cum non teneantur de ipsis reddere rationes
deo in his quod subditi eorum talibus priuilegiatis conti-
nent. nec in iure temporali: quod propter hoc decime eorum
rum: nec oblationes debite: nec funeralia et obu-
tiones: et alia huiusmodi iura curatis detrahantur
quod si fratres priuilegio eorum abutendo aliquod
horum fecerint. ut puta decimas aut oblationes:
et curatis detrahendo: fatendum est quod incurvant
penas in iuribus adductis contentas. Et si nullum curati
horum per fratres fiat adhuc tamen quidam curati esti-
mant eis fieri preiudicium. non virtus boni qui gaudient adiu-
tent sibi dari adiutoriorum. sed illi quod que sua sunt quod torii si-
runt non que iesu christi: et quod magis voluntipasci a gre-
ge quam pascere gregem. Et id tales tam cecitatis
euplicitate tenentur. ut sua sibi auferri estimant
cum hominibus priuilegiati auctem sui iuris presequantur
et quod danulessi vnguenti sibi dispensare querunt
ut de in. S. I. xiiij. q. l. imo suis stipendijs non contine-
nt: totum sibi auferri estimantes quod talibus religio-
sis extraordinariis fideles in quotidiana elemosina
largiuntur. Et id cum conatur usurpare quod suum non
